



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Liber Sextvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

IOAN. SLOT. GEF.  
LIBER SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.



ACOdoxus. Salue ORthodoxe. ORthod. Tu quoque salueto. Bene factum, quod iuxta conditum adueneris. Verum ubi est libellus, quem heri tibi concedidi? CAco. En tibi. ORth. Legisti? CAco. Maximè. A capite ad finem vsque diligèter eum euolui, atque cum iudicio quantum per me fieri potuit, perlegi. ORth. Quomodo tibi arrident ea que in eo continentur: Probationes quas poscebas, quomodo placent? Nonne si tis euidenter demonstrant ac conuincunt, apud vos Ecclesiam esse non posse? CAco. Probationes apud vestros fortè satis validæ & firmæ sunt, verum apud me meosque, inuolidæ videntur & inefficaces, neque me à mea sententia dimouere poterunt, vt credam apud vos potius esse Ecclesiam, quàm apud nos. ORth. Hoc idcirco tibi tuisque accidit, quia nõ cum vero iudicio, sed pra  
uis

DE  
uis & p  
etiamp  
infecti,  
uersus e  
si affect  
que vtr  
cum iud  
doctrin  
um, qui  
suam fir  
scienter  
posito a  
& apost  
dic mih  
tam pra  
quod te  
cum sec  
uari? C  
te tam  
malis in  
perpetu  
nifestat  
strinan  
cerdoti  
delicat  
useem

uis & peruersis opinionibus imbuti,  
 etiam prauis affectionibus corrupti &  
 infecti, legitis quicquid à nostris, ad-  
 uersus errores vestros scribitur. Quod  
 si affectionibus istis vos exueretis, at-  
 que vtriusque partis scripta, syncerè &  
 cum iudicio legere velletis, atque cum  
 doctrina patrum conferre, non dubi-  
 um, quin plurimi vestrum sententiam  
 suam sint commutaturi in melius, nisi  
 scienter errare malint, quam errore de-  
 posito atque abnegato, ad catholicam  
 & apostolicam redire ecclesiam. Verùm  
 dic mihi bona fide Cacodoxe, quid tu  
 tam præclarum ostendis in secta ista,  
 quod te in ea contineat, vt perire malis  
 cum secta, quàm cum matre ecclesia sal-  
 uari? Caco. Dic tu mihi vicissim, quid  
 te tamdiu apud Papistas detinuerit, vt  
 malis in sordibus, peccatis, & abusibus  
 perpetuò hærerere, quàm semel iam ma-  
 nifestatam veritatem, purioremq; do-  
 ctrinam amplecti? Opinor pinguia sa-  
 cerdotia, opimæ præbendæ, mollis &  
 delicata vita, amplissimiq; honores. Ei-  
 usemodi laqueis & vinculis te illaque-  
 atum

atum

IOANN. SLOT. GEF.

Papistas  
vocant hę  
retici Ca-  
tholicos.

atum compeditumq; autumo, vt etiã si  
velles, si doctrinæ nostræ puritatem ag-  
nosceres, malles tamen perire cum tuis,  
quàm credere veritati. ORth. More  
tuo omniumq; nostræ tempestatis  
hæreticorum, eos qui in ecclesia sunt &  
perseuerant, Papistas vocas, & quamob-  
rem quæso? Nunquid in nomine Papæ  
baptizati sumus? aut in illum credimus?  
CAC. Rectè vos Papistas appellamus,  
quia Papæ regnum ac tyrannidem de-  
fenditis, atq; patroni estis turpitudinis  
illius ORt. Nos minimè illius sicut nec  
alterius cuiuspiam, si quæ est, tyrannidē  
defendimus, neq; vitiorū aut abusum  
patroni sumus, Sed Romani Pontificis  
primatū atq; legitimā potestātē (q̄ vos  
sacrilego ore tyrannidē nuncupatis) ad-  
uersus oēs hæreticos libenter tuemur,  
scientes ipsum hunc primatū, atq; hanc  
potestatis prærogatiuam, non ab hoīe,  
sed à Christo accepisse, atq; si p̄pterea  
à vobis Papistæ appellamur & deride-  
mur, libèter amplectimur, non ignorā-  
tes nos ob Catholicæ fidei p̄fessionē,  
cōtumelijs & iniurijs affici à vobis. Por

ro

DE  
road id  
in sord  
tuo hæ  
tatē pur  
respond  
corpori  
me pecc  
vt vnqu  
dentibu  
ab oību  
& vitijs  
tio loco  
mollē &  
nores, m  
queis qu  
vellem  
plorata  
re cum  
mum ne  
ram doc  
lo illo c  
mo dem  
enumer  
me poss  
qui inst  
hæc vt r

ro ad id quod mihi obiecisti, malle me  
 in sordibus, peccatis & abusibus perpe-  
 tuo hære, q̄ semel manifestatam veri-  
 tatē purioremq; doctrinam amplecti,  
 respondeo, mihi nunquam sordes tam  
 corporis quàm spiritus placuisse, nunq̄  
 me peccatis & abusibus sic delectatum,  
 vt vnquam defenderim, sed semper ar-  
 dentibus votis desiderauerim ecclesiã  
 ab oĩbus (quantum fieri posset) purgatã  
 & vitijs & erroribus. Quod demũ ter-  
 tio loco adiecisti, opima sacerdotia,  
 mollē & delicatã vitam, amplissimos ho-  
 nores, me detinere captiuum & tanq̄ la-  
 queis quibusdam irretitum, vt etiam si  
 vellem & puritatem doctrinæ vestrę ex-  
 ploratam haberem, malle tamen peri-  
 re cum meis, quàm credere veritati. Pri-  
 mum nego apud vos veritatē esse, & pu-  
 ram doctrinã, quemadmodum in libel **Lib. 4**  
 lo illo quē legisti satis dilucidè existi-  
 mo demonstratũ. Deinde illis tuis iam  
 enumeratis laqueis & cõpedibus, nõ ita  
 me posse cõstringi, oĩbus satis constat,  
 qui instituti mei rationem norunt. Ad  
 hæc vt nihil horũ mihi vnquã obuenit,  
 ita

ita

IOANN. SLOT. GEF.

ita nec horum quicquam desideravi  
vnquam. Quàm mollis autē & delicata  
sit mea vita, dicant q̄ me nouerūt fa-  
liariter, & penes illos censura sit. Itaque  
nihil horum aut similitum, me in eccle-  
siæ catholicæ gremio hætenus conti-  
nuit, sed timor atque amor Dei, & veri-  
tas ipsa. Et vt apertius accipias, quid  
me prohibeat ne ad castra vestra confu-  
giam, adducam tibi ex D. Augustino ra-  
tiones aliquot, quibus ipse se testatur  
in catholicæ Ecclesiæ gremio fuisse de-  
tentum. CACO. Libenter audiero.

CAPVT II.

**O**RTH. Is etenim contra episto-  
lam Manichæi quam fundamen-  
ti vocatam cap. 4. scribit in hæc verba:  
In catholica ecclesia vt omittam synce-  
rissimam sapientiam, ad cuius cognitio-  
nem pauci spirituales in hac vita perue-  
niunt, vt eam ex minima quidem parte,  
qua homines sunt, sed tamen sine dubi-  
tatione cognoscant. Cæteram quippo  
turbam, non intelligendi viuacitas, sed  
credendi simplicitas tutissimam facit.  
Vt ergo hanc omittam sapientiã, quàm  
in

DE  
in Eccl  
multa  
iustissi  
pulo ru  
ritas m  
charitat  
net ab i  
cendas  
dominu  
tem Ep  
Tenet p  
men, q̄  
hærefes  
cum oē  
lint, qua  
vbi ad C  
hæretic  
num au  
tãta Ch  
cula, red  
in Cath  
nostræ i  
tæ meri  
simè ost  
hil horu  
at, sola

DE RETI. FIDE ORTH. 107

in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia quæ in eius gremio, me iustissimè teneant. Tenet consensus populorum atque gentium. Tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascebas oves suas post resurrectionem dominus commendavit) usque ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum. Tenet postremò ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici, se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam vel donum audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta Christiani nominis charissima vincula, rectè hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia, etiam si propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas se nondum apertissimè ostendat. Apud vos autem, ubi nihil horum est, quod me inuitet ac teneat, sola personæ veritatis pollicitatio,

P      quæ

IOAN. SLOTT. GEF.

quæ quidem si tam manifestè monstra-  
tur, vt in dubium venire nõ possit, præ-  
ponēda est omnibus illis rebus, quibus  
in Catholica teneor. Si autem tantũ mo-  
do promittitur, & nõ exhibetur, nemo  
me mouebit ab ea fide, quæ animũ me-  
um tot & tantis nexibus Christianæ re-  
ligionis astringit. Hactenus Aug. Nũc  
si placet, imò si vales, demonstra hæc ve-  
rè in vestra secta esse, & absque vlla cun-  
ctatione manũ porrigã victori. Quod  
si non quemadmodum qui ueris, certifi-  
simè scio te non posse, accede ad me, &  
ego tibi demonstrabo, hæc omnia verè  
in nostra Ecclesia esse, in vestra autem  
secta, esse nequaquã posse. Personat qui-  
dem ibi (vt Aug. verbis vtamur) verita-  
tis pollicitatio, sed non monstratur, et  
si monstrari videatur, neq; tamen tam  
manifestè, vt in dubium venire nõ pos-  
sit, promittitur tantummodo, sed nõ ex-  
hibetur, vnde nemo quoque me moue-  
bit ab ea fide, ab ea Ecclesia, quæ animũ  
meum tot & tantis nexibus Christianæ  
religionis astringit. C. A. cod. Oĩa quæ à  
te satis diligenter ex Aug. recitata sunt,  
non

DE  
non vñ  
possunt  
lant, qu  
apud n  
apud n  
consent  
nistror  
tholicæ  
ego tibi  
hil horu  
vos esse  
est, apud  
efficere  
cam, ac

O  
E  
mam sa  
pauci sp  
vt eam e  
mines su  
cognosc  
intellig  
simplici  
mittenc  
sapien



non vsq; adeo me à sententia dimouere  
 possunt, vt me ad vos transire compel-  
 lant, quum longè excellentius hæc oīa  
 apud nostrates esse cognoscam. Est em̄  
 apud nos vera sapientia, est populorum  
 consensio, est autoritas, est successio mi-  
 nistrorum, proinde quoque ipsum Ca-  
 tholicæ Ecclesiæ nomen. ORTH. At  
 ego tibi luce clarius demonstrabo, ni-  
 hil horum (iuxta mētem D. Aug.) apud  
 vos esse, sed tantūmodo apud nos, hoc  
 est, apud ecclesiā catholicam. CA. Si id  
 efficere potueris, opinioni meæ valedi-  
 cam, ac tuæ sententiæ mox subscribam.

## CAPVT III.

ORTH. Principio D. Aug. dicit in  
 Ecclesia catholica esse syncerissi-  
 mam sapientiam, ad cuius cognitionē  
 pauci spiritales in hac vita perueniant,  
 vt eam ex minima quidē parte quia ho-  
 mines sunt, sed tamen sine dubitatione  
 cognoscant. Cæteram autē turbam, nō *Sapientia*  
 intelligendi viuacitatem, sed credendi quid sit.  
 simplicitatem, tutissimam facere. Præ- *Iob. 24.*  
 mittendum mihi hoc loco erit, quid sit  
 sapientia, de qua loquitur Aug. Et quidē

P 2 nemo

Job. 14.

IOANN. SLOT. GEF.

nemo hoc ipsum declarabit melius, ipso sanctissimo propheta Iob, in cuius libro legimus dei sapientiam hunc in modum loquutam homini: Ecce pietas ipsa est sapientia, abstinere autem à malis scientia. Quæ verba tractans D. Augustinus lib. 12. de Trin. ca. 14. & lib. 14. cap. 1. Et in Enchir. ad Laurent. cap. 2. ostendit veram sapientiam quæ secundum Deum est, esse verum ac præcipuum cultum eius, quæ vno nomine Theosebia Græcè nominatur. Quod nomē nostri, volentes & ipsi vno nomine interpretari, pietatem dixerūt, cum pietas apud Græcos Eusebia vñtatius nuncupetur. Theosebia verò quia vno verbo perfectè non potest, melius duobus interpretatur vt dicatur potius Dei cultus, Hæc esse hoīs sapientiam, nunc citata scripturæ autoritas demonstrat. Nam de illa sapientia Dei (quo procul dubio Deus est (Nam sapientia Dei filius eius vnigenitus dicitur) non loquimur, quæ vtiq; summa sapiētia est, sed de humana, quæ hominis est, quæ vtiq; cultus Dei est. Quod idem August. episto. 52. ad Macedo-

D  
cedoni  
est vera  
rectè v  
post no  
pientia  
ri Dei c  
lo, certu  
stātissim  
tas. Et v  
dum ha  
est, ait f  
pientiu  
litur au  
habet in  
3. fide sp  
lib. 12. d  
quis (inc  
quo nur  
dimus q  
Et epist  
pietas cu  
si amanc  
tia est, in  
dominu  
tuo, & ex  
pientia c

cedonium confirmans ait: Vera pietas, est verax veri Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi duci oportet officia. Et post nonnulla inquit: Hæc nimirum sapientia, in præfenti seculo, est verus veri Dei cultus vt sit eius in futuro seculo, certus atque integer fructus. Hic cõstâtissima pietas, ibi sempiterna scælicitas. Et vt in loco prius citato ait. secundum hanc sapientiam quæ Dei cultus est, ait sancta scriptura: Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarû. Colitur autem Deus (vt idem Augustin. habet in Enchirid. ad Laurentium cap. 3. fide spe & charitate. Quod adhuc in lib. 12. de Tri. cap. 14. confirmans: Et quis (inquit) cultus eius, nisi amor eius, quo nunc desideramus eum videre, credimusque & speramus nos esse visuros? Et epistola 120. ad Honoratum cap. 18. pietas cultus Dei est, nec colitur ille, nisi amando. Summa igitur & vera sapientia est, in præcepto illo primo: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ac per hoc sapientia est charitas Dei. Hactenus ille

*Sapient. 6*  
Cultus dei  
in quo cõ  
sistat.

*Matt. 22*

IOANN. SLO. GEF.

**Coli non  
posse Deū  
sola fide.**

**1. Cor. 13  
Charitas  
in cultu  
Dei neces-  
saria est.  
Galat. 5**

**Luthera-  
ni veram  
fidem nō  
habent.**

Ex hisce D. Augustini verbis depræhē-  
dis opinor Cacodoxe errorem magi-  
stri tui Lutheri, qui docuit Deum op-  
timè coli sola fide. Quod si verum est,  
fornicatores, adulteri, raptores, homi-  
cidæ, & grauioribus criminibus irreti-  
ti, modo fidem habeant, optimè colere  
Deum reputabuntur. Quo quid absur-  
dus? Adhæc mendacem etiam facie-  
mus Paulum, qui dixit: Si habuero om-  
nem fidem, ita vt montes transferam,  
charitatem autem non habeam, nihil  
sum. Necessaria itaque est in cultu Dei  
charitas, & non sola sufficit fides, nisi  
forte quis habeat fidem, quæ per chari-  
tatem operatur. Et certè vt Luthero de-  
mus, quod tamen non possumus, sola fi-  
de optimè coli Deum, nunquam tamè  
poterit quispiam vestrum ob id demon-  
strare apud vos esse verum veri Dei cul-  
tum. Caco. Qui sic. ORth. Eo quod a-  
pud vos vera fides nō sit. Porro si apud  
vos vera fides non est, bene consequit̃  
ne fide, neque spes, neq; charitas confi-  
stere queat, vt etiā testatur D. Au. in eo-  
dem li.

D  
dē li.  
lis qu  
poter  
tas, ap  
Nā fic  
us. Ca  
vos no  
lā sapi  
se iā a  
sum, i  
tiā eff  
reamu  
ritate  
sit, ne  
q; ver  
Dei c  
tem n  
mod  
stros n  
rabo a  
em su  
cos eff  
bet fic  
sibi q  
pprij  
entian

DE RETI. FIDE ORTH. 110

dē li. ca 8 Cū itaq; fide vera careatis, qua  
 lis quæso apud vos spes aut charitas esse  
 poterit? Et si nulla fides, spes, aut chari-  
 tas, apud vos est, qualis erit Dei cultus?  
 Nā fide spe & charitate verè colitur De-  
 us. Cæterū si verus veri dei cult<sup>o</sup> apud  
 vos nō est, cōstat quoq; nec apud vos il-  
 lā sapientiā esse, q̄ verū veri dei cultū ef-  
 se iā audisti. CAC. Quantū cōsequi pos-  
 sum, idcirco apud nos veram istā sapien-  
 tiā esse negas, q̄ veraci veri dei cultu ca-  
 reamus, quem asseris coli fide, spe & cha-  
 ritate, itaq; cum apud nos vera fides nō  
 sit, neq; spem & charitatē esse posse, ne-  
 q; verū Dei cultum, neq; sapientiā quæ  
 Dei cultus est. ORth. Bene habet, men-  
 tem meā assequutus es. CACO. Sed quo  
 modo demonstrare potes apud no-  
 stros nō esse verā fidē? ORth. imò decla-  
 rabo apud eos nullā penit<sup>o</sup> esse fidē. Iam  
 em̄ superius ostendimus vestros hæreti-  
 cos esse. Hæreticus aut nullam oīno ha-  
 bet fidem, q̄a dimissa regula fidei, eligit  
 sibi quid & quātum & quousq; credat,  
 ppriij iudicij lumē erigens aduersus sci-  
 entiam Dei, sibi ipsi credendi magister  
 effectus,

Lib. 5.  
Ca. 5

Hæretici  
nullam ha-  
bent fidē.  
Titum 80

IOANN. SLOT. GEF.

effectus, & ideo (secundum apostolum Paulum) non solum subuersus, sed etiam proprio iudicio condemnatus est quia nullo eiiciente (vt ait D. Hiero.) sed sua sponte ab Ecclesia recedit. Vnde credit scripturam, aut ei quod diuinitus est reuelatum, non quia scriptura habet, aut quia reuelatum est, sed quia sibi verum esse videtur, & quodammodo verbum dei, facit verbum humanum, quia non innititur primae veritati, sed alicui alteri principio primario. Ideo haereticus pertinaciter errans vel dubitans, de aliquo vno fidei articulo, nullius articuli veram fidem retinet. Nam licet non omnes fidei articulos reiciat, vel de omnibus dubitet, tamen in eis asserendis rationem humanam & opinionem suam fidem propriam sequitur. Cum enim credendorum principium vnum sit, & illo careat qui haereticus est, consequens est, vt nullius articuli veram fidem habeat, qui vni pertinaciter dissentit. Cum enim fidei obiectum sit veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris & doctrina Ecclesiae, quae ex veritate prima procedit, ille qui non

DI  
non in  
regula  
dit ex  
scriptu  
non ha  
am Ch  
Christ  
credo  
vt neg  
Tertu  
ne Ch  
quitur  
Christ  
tum C  
tuus e  
fuisse  
tro cre  
retico  
reticu  
re Ch  
credic  
gentil  
nici ta  
quid e  
Ethni  
retici

DE RETI. FIDE ORT. 111

non inhæret sicut infallibili & diuinæ  
 regulæ, doctrinæ ecclesiæ, quæ proce-  
 dit ex veritate prima, manifestata in  
 scripturis sacris, verum fidei habitum  
 non habet: & si non habet fidem, eti-  
 am Christianus non est. Hæretici ergo  
 Christiani non sunt. Et hinc est quòd  
 credo patres nostros fuisse permotos,  
 vt negarent hæreticos esse Christianos.  
 Tertullianus siquidem in libro de car-  
 ne Christi, Marcionem hæreticum allo-  
 quitur, dicens: Mortuus es, qui non es  
 Christianus, non credendo quod tradi-  
 tum Christianos facit. Et eò magis mor-  
 tuus es, qui non es Christianus. Qui cū  
 fuisses, excidisti, rescindendo quod re-  
 tro credidisti. Hæc verba cuilibet hæ-  
 retico verè conueniunt. Nam omnis hæ-  
 reticus verè mortuus est, & non est ve-  
 rè Christianus, rescindendo quod antè  
 crediderat. Ibidem quoque hæreticos  
 gentilibus æquat, dicens: Meritò Eth-  
 nici talia, sed meritò & hæretici: nun-  
 quid enim inter illos distat? nisi quòd  
 Ethnici non credendo credunt, at hæ-  
 retici credendo non credunt. Vnde

Hæretici  
 Christiani  
 non sunt

Hæretici  
 mortui  
 sunt.

Hæretici  
 gentilibus  
 æquantur,  
 immo  
 sunt eis pe-  
 iores.

IOANN. SLOT. GEF.

rectè D. Hieronymus asserit hæreticos  
Li. 2. capi multo peiore conditione esse q̄ genti-  
Matthæi. les, quia in illis, inquit, spes fidei est, in  
istis pugna discordiæ. Iterū autem Ter-  
tullianus in li. de præscrip. hæret. Si hæ-  
retici sunt, inquit, Christiani esse non  
possunt, &c. Cyprianus quoq; lib. 4. e-  
pist. 2. ad Antonianum. Quisquis, inqt,  
ille est, Christianus non est, qui in Chri-  
sti ecclesia non est, &c. D. autem Augu-  
stinus in Enchir. cap. 6. dicit nomine te-  
nus inueniri Christum apud quoslibet  
hæreticos, qui se Christianos vocari vo-  
cari volunt, re ipsa verò apud ipsos nõ  
esse Christum. Et Lactantius Firmianus  
lib. 4. c. ultimo, asserit hæreticos diuinũ  
nomen & cultum per imprudentiã per-  
didisse. Cum enim, inquit, Phryges, aut  
Nouatiani, aut Valentiniani, aut Mar-  
cionitæ, aut Antropiani, aut Arriani,  
feu quilibet alij nominantur, Christia-  
ni esse desierunt, qui Christi nomine a-  
missio, humana & extrema vocabula in-  
duerunt. Sola igitur catholica Ecclesia  
est, q̄ verũ cultũ retinet. Audis hic in so-  
la Ecclesia esse verum cultum, hoc est,  
veram

Cultus Dei  
verus in  
sola est ec-  
clesia,

DE  
vera  
entia  
taq;  
habe  
haud  
rus v  
gitur  
catho  
dent  
plex  
de sp  
esse p  
mon  
henc  
quit  
cultu  
men  
adm  
Proin  
etian  
beat  
rissin

C  
remo



DE RETI. FIDE ORT. 112

veram sapientiam. Siquidem vera sapi-  
entia verus veri Dei cultus est. Cum i-  
taq; quia hæretici sunt, veram fidē non  
habeant, & idcirco Christiani non sint,  
haud quaquā veram sapientiam (quę ve-  
rus veri Dei cultus est) possident. Soli i-  
gitur catholici, qui in castris Ecclesię  
catholicę sunt & perseverant, hac gau-  
dent sapientia. Et quia cultus Dei du-  
plex est, nempe interior, quo colitur si-  
de spe & charitate, quem apud vos non  
esse probauimus, & exterior qui in cere-  
monijs quibusdam consistit, compre-  
hendens etiam sub se sacramenta, conse-  
quitur quoq; apud vos hunc exteriorē  
cultum non esse, eò quòd rectū sacra-  
mentorum vsum non habeatis, quem  
admodum superius probatum legisti.  
Proinde cū neq; interiorē cultum, neq;  
etiam rectum cultum Dei exteriorē ha-  
beatis, impossibile est apud vos synce-  
rissimam illam sapientiam esse.

Cultus du-  
plex inte-  
rior & ex-  
terior.

lib. 2. cap. 3.  
& 4. &c.

Cæremo-  
nię catho-  
licę apud  
Luthera-  
nos subla-  
ta.

CAPVT III.

**C**Aeterum quantū ad cęremonias  
attinet, cōstat vestras ecclesię cę-  
remonias ritus atque consuetudines  
reie-

reie-

EF.  
hæreticos  
e q̄ genti-  
dei est, in  
utem Ter-  
ret. Si hæ-  
i esse non  
lib. 4. e-  
quis, inq̄,  
ui in Chri-  
em Augu-  
nomine te-  
quoslibet  
vocari vo-  
ipso nō  
Firmianus  
cos diuinū  
dentiā per-  
ryges, aut  
, aut Mar-  
t. Arriani,  
, Christia-  
nominea-  
cabula in-  
ca Ecclesia  
is hic in so-  
n, hoc est,  
veram

IOANN. SLO. GEF.

reiecisse, repudiasse atque abrogasse. Nam quicquid catholicum haectenus in Ecclesia fuit conculcauere, & miserandam quãdam cõfusionis colluuiem introduxere. Iacet apud vestros, contempta legũ seueritas, religio oppressa est, mos maiorum sublatus, nulla pietas, metus nullus, nullus pudor amplius tenet vestros, quia ablata sunt omnia, quibus tanquam vinculis quibusdam continebantur homines in officio. Vnde tanta mox subsecuta est insolentia & temeritas, vt vinculis omnibus disruptis aliorum possessiones inuaderent, ecclesias diriperent, monasteria excinderet, monachos expellerent, virgines Deo sacras polluerent. Hinc deinde exacti ab ecclesijs suis veri episcopi, pastores & praelati, violenter occupatum & inuafum est ius alienum, Episcopi & ecclesie præpositi superbissimè contempti. Hinc etiam tam graues, tam multæ & variæ in Papam, episcopos, & vniuersum Ecclesiasticum ordinem contumeliæ & calumniæ, quam impudenti ore tam publicè quàm priuatim, dixerunt;  
scripse.

D  
scrip  
omit  
mife  
men  
clesia  
nibu  
nostr  
appre  
nequ  
tribu  
Deni  
ctum  
risori  
tonic  
pos, d  
fia. N  
tes rit  
quas  
& app  
sunt, n  
furas,  
Temp  
magin  
calices  
charif  
panas

scripserunt, cantarunt & pinxerunt, ut  
 omittam interim sacrilegia quæ com-  
 miserunt, quando nec venerandis œcu-  
 menicis concilijs, nec sacrosanctis ec-  
 clesiæ sacramentis, publicis sacris, solen-  
 nibus cærimonijs, receptis religionis  
 nostræ obseruationib⁹, diebus, ieiunijs  
 approbatis ecclesiæ consuetudinibus,  
 neque demum ipsis ecclesię priscis pa-  
 tribus atque doctoribus pepercerunt.  
 Denique quid incontaminatum & inta-  
 ctum reliquere? Hinc etiam est illa de-  
 risoria Martini Lutheri vox, qua in reu-  
 tonica quadam exhortatione ad episco-  
 pos, deridet omnes cæremonias eccle-  
 siæ. Nam postquam triginta septem par-  
 tes rituum & obseruationum nostrarū  
 quas fictæ & simulatæ seu pharisaicæ  
 & apparentis dicit esse Ecclesiæ, recen-  
 suit, nominatim rursus adnumerat, Ra-  
 suras, Casulas, Albas, Cappas, Sacella,  
 Tempia, altaria, lumina, candelabra, i-  
 mages, vexilla, thuribula, baptisteria,  
 calices, reliquiarum & augustissimi eu-  
 charistiæ sacramenti thecas, organa, cā-  
 panas, aquam benedictam, & similia,  
 quæ

Luther  
 reiicit ac  
 deridet  
 omnes cæ-  
 remonias  
 Ecclesiæ,

IOANN. SLOT. GEF.

que oīa irridet, & à sua ecclesia reijcit. Deinde adhuc plura superaddit, & irridenda ac reijcienda proponit, nempe quæ in quadragesima, & diebus festis à catholicis fieri solent. Cumq; multa huiusmodi enumerasset, dicit se cessare velle, eò quòd non posset omnia enumerare. Hisce & similibus magistri vestri exhortationibus factum est, vt omnes catholicæ cæremoniæ sublatae sint, q̄ altaria funditus diruta, aut sic squaleant neglecta, vt apud vestros nobiles, mundiora cernas equorum stabula, q̄ diuorum templa. Hinc est etiam, quòd sacra vasa vel direpta sint vi, vel clam ab apostatis sublata & conflata. Hinc est, quòd sacræ vestes versæ sunt, vel in diploides, & tunicas sacrilegorum, vel in ornamenta meretricum, aut perfidarū monacharum. Hinc est, quod multis in locis sic in diuorum imagines desæuitum est, vt ne signum quidem sanctissimæ & victoriosissimæ crucis gloriosissimeq; virginis Mariæ matris Dei, in templo manere sustinuerit, affirmantes ea idola esse, & nos ob id idololatrias esse cen-

DE  
se cen  
nulla  
læ mi  
cæ nu  
lebrit  
dicati  
arum  
suppl  
crucis  
ria au  
quæ c  
Et qu  
onera  
q̄ pau  
maxim  
impec  
salutis  
ferme  
vanun  
ere, ni  
no, eti  
tur. E  
nostri  
ex nu  
seruar  
iusq; p

DE RETI. FIDE ORTH. 114

se censendos. Hinc denique est, quòd  
nulla apud vos sunt sacrificia, siue nul-  
læ missarum oblationes, horæ canoni-  
cæ nullæ, ieiunia nulla, nullæ annuæ ce-  
lebritates sanctorum, Ecclesiarum de-  
dicationes nullæ, imaginum & reliqui-  
arum venerationes nullæ, processiones  
supplicantium nullæ, nulla sacrosanctæ  
crucis vexilla, nulla in templis lumina-  
ria aut candelabra, breuiter, nihil eorū  
quæ catholica seruat ecclesia. CACO.  
Et quorsum opus est tot cæremonijs  
onerare Christi fideles, quos expediret  
quæ paucissimis grauatos esse oneribus,  
maximè ijs quæ puriorem doctrinam  
impediunt, atq; in quibus vanū est spē  
salutis collocare. Cū itaq; cæremoniæ  
fermentum sint purioris doctrinæ, &  
vanum sit in illis spem salutis constitu-  
ere, nihil omnino decedet cultui diui-  
no, etiam si omnes cæremoniæ tollan-  
tur. Et certè omnes cæremoniæ quas  
nostri abrogarunt, aut abusus sunt, aut  
ex numero illarum rerum, quarum ob-  
seruantia sit libera, & potestati vniuscu-  
iusq; permessa. ORT. In cæremonijs  
pro-

Ceremo-  
niarum  
necessitas  
& utilitas  
Sine cere-  
moniis fri-  
get cultus  
Dei.

profectò, quisquis reposuerit spem sa-  
lutis, longè fallitur. Nec nos astruimus  
in eis salutis anchoram figendam esse,  
sed tamen affirmamus eas haud quàm  
inutiles esse. Nam fidem nostram pro-  
mouent, suntque doctrinæ & fidei pro-  
pria exercitia, & valent plurimum ad  
cultum Dei promouendum. Tolle si-  
quidem eas ab Ecclesia, & apud maxi-  
mam Christianorum partem, Dei cultum  
extinxis. Eiuscemodi enim cæremoni-  
is, ea quæ viget in Christianorum pe-  
ctoribus diuini cultus scintillula (quæ-  
quam sit pertennis) nutritur tamen &  
fouetur. Ad quas nisi cogerentur Chri-  
stiani, cultus Dei propediem, aut nul-  
lus, aut certè quàm frigidissimus futu-  
rus esset, sequereturque magna & con-  
fusa rerum omnium discordia. Quod  
vestris vsu uenisse minimè negare po-  
tes. Nam mox ubi catholicas cæremoni-  
as sustulerunt, tanta confusio atque dis-  
cordia subsequuta est, vt tot figuren-  
tur ritus colendi Deum, quot essent  
pseudoconcionatores, populus autem  
tanquam oues sine pastore non secus  
atque

atque  
ut ne  
vos c  
stans  
magn  
tes no  
Porro  
quas v  
se, aut  
obser  
stræ p  
audes  
mum  
lebrat  
(quor  
crific  
aut in  
nemo  
es fest  
tum e  
ordina  
ordina  
stica, c  
nem d  
runt, n  
uantia

DE REL. FIDE ORTH. 115

atque bestia confusim degebant, pro-  
ut nec in hunc vsq; diem, vllus est apud  
vos ordo, sibi cum vera deuotione con-  
stans. Quanquam ob iam dictā causam,  
magnam cæremoniarum partem volen-  
tes nolentes reassumere compulsi sitis.  
Porro q̄ dixisti omnes cæremonias,  
quas vestri abrogarunt, aut abusus fuis-  
se, aut ex numero illarum rerum, quarū  
obseruantia sit libera, & potestati no-  
stræ permessa, non video qua fronte id  
audes asserere, cum euidenter falsissi-  
mum sit, nisi fortè velis dicere, missæ ce-  
lebrationem, & sacramenta ecclesiæ,  
(quorum bonam partem vnà cum sa-  
crificio missæ abrogarunt) libera esse,  
aut inter abusiones reijciendā. Quod  
nemo catholicorum dixerit. Deinde di-  
es festos, ieiunia ab Ecclesia indicta, cæ-  
tum ecclesiasticum per sanctos patres  
ordinatissimè inroductum, gradus &  
ordines clericorum, ministeria ecclesia-  
stica, cœlibatum & obedientiam, & om-  
nem disciplinam ecclesiasticam sustule-  
runt, nunquid horū & similiarum obser-  
uantia libera est, & potestati vniuscuius

Q que

IOANN. SLO. GEF.

que permiffa? erunt hæc omnia impij ab-  
 ufus? Abfit. Si enim hoc admiferimus,  
 iam liberum erit vnicuique abrogare  
 quicquid voluerit, atque ediuerso fla-  
 tuere quicquid libuerit, & nunquã po-  
 pulus fibi conftabit, fed ad nutum ver-  
 tiginofi capitis mutabitur, ac rotabi-  
 tur. Quo quid absurdius? Define igitur  
 affirmare catholicas ceremonias à  
 veftris abrogatas, aut abufus fuiſſe, aut  
 poteftati ac libertati vniufcuiusq; per-  
 miſſas. Et tamen vt donemus tibi, libe-  
 ram fuiſſe harum rerum obferuantiam  
 (quod tamen reuera tibi nunquã con-  
 cedendum eſt) nunquid continuo lice-  
 bit priuatis hominibus & ſubiectis, re-  
 ſcindere aut abrogare, quod tanto om-  
 nium populorum atque gentium con-  
 ſenſu, tanta concordia, tamq; diurni tẽ-  
 poris præſcriptione in Eccleſia bene &  
 laudabiliter obferuatũ eſt atq; recep-  
 tum? Planè D. Auguſtinus, ad inquiſiti-  
 ones Ianuarij reſpondens, dicit non ſo-  
 lum eſſe hærefim, ſed etiam inſolentiſſi-  
 mam inſaniam. Nam inſolentiſſimæ in-  
 ſaniæ eſt, huiuſcemodi rerũ obſeruati-  
 ones

**Recepta in  
 Eccleſia  
 non licet  
 priuatis  
 homini-  
 bus reſcin-  
 dere,**

D  
 ones  
 quan  
 tate  
 ſi re  
 mem  
 que f  
 paul  
 Diui  
 non  
 am,  
 cultu  
 gas. V  
 libro  
 capit  
 tes d  
 tes: S  
 uinar  
 vtran  
 diuin  
 entia  
 cui. V  
 onem  
 ferm  
 defin  
 uinar  
 nunc



DE RETI. FIDE ORTH. 116

ones dicere inutiles esse in ecclesia Dei, quanto magis si quis eas priuata temeritate abroget, & in totum tollat? Quare si rectè sapere vis, temperandum tibi memineris ab eiusmodi prauis falsisque sermonibus. CA. Multis verbis paulò antè demonstrare nisus es, ex Diui Augustini sententia apud nostros non esse syncerissimam illam sapientiam, eò quòd vera sapientia, verus sit cultus Dei, quem nobiscum esse pernegas. Verùm idem Augustinus in eodem libro à te adducto, nempe 14. de Trinit. capite 1. Philosophi (inquit) disputantes de sapientia, definierunt eam, dicens: Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia. Vnde ego quoque vtrarumque rerum cognitionè, id est, diuinarum atque humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse; non taceo. Verùm secundum hanc distinctionem qua dixit Apostolus: Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, ista 1. Cor. 12. definitio diuidenda est, vt rerum diuinarum scientia, propriè sapientia nuncupetur, humanarum autem pro-

Q 2 priæ

IOANN. SLOT. GEF.

priæ scientiæ nomen retineat. Ex cuius  
verbis habes, sapientiam esse rerum di-  
uinarum cognitionem. At cum rerum  
diuinarum cognitio maximè ex sacris  
sumatur scripturis, & nobiscum sint  
scripturæ diuinæ impermixtæ ac puræ,  
quas etiam nostri luculentissimè inter-  
pretantur, nemini dubium quin vel sal-  
tem hac ex parte sapientia ista nobis  
competat. ORT. Nihil tibi prorsus hæc  
obiectione patrocinator, quæ admodum  
facile intelliges si reuocaueris ad men-  
tem, quæ superius tibi dixi. Si enim me-  
moria teneres ea quæ in primo libro ca-  
pite 5. & 6. & per totum fermè quartum  
librum demonstraui, haudquaquam  
hanc objectionem hic mouisses. Cû itaq;  
ex ijs quæ ibi dicta sunt ratiocinatio  
tua absque vlllo negotio conuelli & dis-  
soluti queat, te ad ea remittimus.

CAPVT V.

**C**Aeterùm priusquam hoc collo-  
quium finiamus, illud duco expé-  
dendum, quod suprâ ex D. Augusti-  
no citauimus, nimirum ad hanc sapientiam  
cogno-

DE RETI. FIDE ORT 117

cognoscendam, paucos spiritales in hac **Credendi**  
 vita peruenire, vt eam ex minima qui- **simplici-**  
 dem parte, quia homines sunt, sed tamē **tas.**  
 sine dubitatione cognoscant. Cæteram  
 verò turbam, non intelligendi viuacita  
 tem, sed credendi simplicitatem tutissi  
 mam facere, vt vanitatem suam cognos  
 cant vestri, qua omnia omnibus passim  
 & sine vlllo discrimine manifestant, vul  
 gares supra quam capere possint ad sub  
 limia & altiora quæq; euocantes, & scri  
 pturarum lectionem & interpretatio  
 nem, omnibus etiam sutoribus & pelli  
 onibus permittentes, & eos à simplicita  
 te credendi, quæ eos secundum D. Au  
 gustinum tutissimos facit, auocâtes, ad  
 vanâ quandâ curiositatem & temerari  
 am p̄sumptionē transferūt. Si vnq̄ que  
 rimonia D. Hieronymi locum habuit,  
 profectò nunc potissimum locum ha  
 bet, qua apud Paulinum conqueritur,  
 scripturarum artē sibi omnes vendica  
 re passim, hanc garrulam animum, hanc  
 delirum senem, hanc sophistam verbo  
 sum, hanc vniuersos præsumere, lace  
 rare, docere antequam discant, cum ta  
 men

**Scriptura**  
**rum artē**  
**omnes si**  
**bi passim**  
**vendicātq;**

Q 3 men

IOAN. SLOT. GEF.

men in scripturis sanctis sine premio  
& monstrante semitam, nemo pos-  
sit ingredi: Alij adducto, inquit, super-  
cilio, grandia verba trutinantes, inter  
mulierculas de sacris literis philosophá-  
tur. Alij discunt (proh pudor) à fœ-  
minis, quod viros doceant, & ne parum  
hoc sit, quadam facilitate verborum, i-  
mò audacia, edisserunt alijs, quod ipsi  
non intelligunt. Certè longè aliter  
Tertullianus in libro de præscrip. hz-  
reticorum docet, dicens: Nobis curiosi-  
tate opus non est post Christum Iesum,  
nec inquisitione post Euangelium. Cui  
credimus, nihil desideramus ultra cre-  
dere. Hoc enim prius credimus non es-  
se quod ultra credere debemus. Et ite-  
rum: Ignorare melius est, ne quod nò  
debeas noris. Fides (inquit) tua te sal-  
uum fecit, non exercitatio scripturarũ.  
Fides in regula posita est, habet legem  
& salutem de obseruatione legis, exer-  
citatio autem in curiositate consistit,  
habens gloriam solam de peritiæ stu-  
dio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria  
saluti. Certè aut non obstrepant, aut q-  
escant,

escant, aduersus regulam. Nihil scire, omnia scire est. Et D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 53. scripturis ostendit, si dem nostram simplicem esse debere.

LIBER SEPTIMVS.  
CAPVT I.



Atis iam opinor demonstratum esse, quàm nō sit apud vos syncerissima illa sapiētia, postulat nunc ordinis ratio, vt ad reliqua, quæ Diuum Augustinum in gremio catholicæ ecclesiæ detinuēre, consideranda progrediamur. Itaq; secundo loco recenset, Consensionem populorū atq; gentiū. De qua principio videtur inquirēdū, in quo sita sit. Quod nemo melius (mea quidē sententia) declarat ipso Vincētio Lirinensi in eo li. quē aduersus pphanas oīm hæreseon nouationes scriptū reliquit, vbi inter cetera docet eam esse sitā in ipsa vetustate omnium, vel certè penè omnium sacerdotum, & magistrorum, qui in definitiōi,

Consensio  
populorū  
atque gen  
tium.

Q 4 bus